



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119207**

§. 16. Dissidia inter Principum Oratores & Cardinalem Patronum  
composita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. reservata absolvi a Metropolitano vel  
A. C. 1675. alio quocunque Episcopo.

## §. XVI.

*Diffidia inter Principum Oratores &  
Cardinalem Patronum composita.*

*Theatr Eu-* Anno priori Palutius Altierius Cardi-  
*rop. tom. II.* nalis, ut vocant, Patronus Romæ  
*pag. 956.* edictum promulgari jussit, quo inhibi-  
tum, ne Principum Oratores aliique  
per urbem citatis equis veherentur,  
idem quoque Cardinalis novum vecti-  
gal erexit, & ante Pontificium Pala-  
tium catenam obduci præcepit, ne in-  
vito hoc Cardinale liber ad Papam ac-  
cessus cuiquam pateret: Ea novitas pu-  
pugit exterorum Principum Oratores,  
ex quibus Cæsareus, Gallus & Veneti  
Oratores ea de re suos Principes cer-  
tiores reddiderunt, simulque a Pontifice  
sibi satisfieri postularunt. Habentur  
variæ consultationes, proponuntur di-  
versa conciliandæ pacis media, eaque  
res per integros quinque Menses non  
sine magna animorum contentione agi-  
tatur: Accessit autem novæ indigna-  
tionis argumentum, dum summus Pon-  
tifex urgente eodem Altierio sex Præ-  
sules prætermisso Massiliensi Episcopo  
Romana Purpura decoraverat; inde  
Franciæ Legatus ira commotior ceteros  
Ora-

Oratores secretæ cum præfato Altiero Sæc. XVII.  
 collusionis insimulabat, ex urbe insa- A.C. 1675.  
 lutato Papa discedens. Hujus absen-  
 tia, prout unumquemque privati sui  
 affectus ratio moverat, nonnullis mo-  
 lesta accidit, aliis pergrata: tandem  
 vero Cæsareus, Hispanus, Venetus-  
 que Oratores, deposita simultate pri-  
 finam Altierii benevolentiam suscepe-  
 runt, ea lege, ut hic Principum Le-  
 gatos in hoc edicto haud comprehendi  
 declararet: aliquamdiu autem Franciæ  
 Orator Regii Senatus jussu indignatio-  
 nem simulabat, atque Apostolicus Papæ  
 Nuntius Parisiis remissius habebatur:  
 sensim vero hujus dissidii memoria pe-  
 nitus deleta est.

§. XVII.

*Novi Cardinales a Clemente X. Papa  
 inaugurati.*

Die igitur vigesima septima Maij Cle- *Theatr. Eu-*  
 mens X. Pontifex Maximus sex *rop. l. c.*  
 Prælatos sacro Cardinalium Collegio *Cont. Hist.*  
 adscripsit, & quidem primo Galeatium *Chron. p. 3.*  
 Marecottum patria Romanum quon- *lib. 9.*  
 dam in Polonia, ac tum in Hispania *Eggs Purp.*  
 Nuntium Apostolicum II. Albritium in *Doff. l. 6.*  
 Cæsaris Aula Nuntium Pontificium.  
 III. Spadam in Francia Legatum Apo-  
 stolicum. IV. Alexandrum Crescen-  
 tium